



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

2. In Congregatione Generali &c. Decretum quo liberculus inscriptus Lotto
spirituale &c. damnantur cum aliis Ordinationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

Cum alias ab Innocentio X. sub die quinta Augusti 1653. pro Confraternitate Beatæ Mariæ, vulgo del Soccorso in Ecclesiâ PP. Societatis Iesu Sanctæ Fidei in Indiis Occidentalibus, & ab Innocentio XI. sub die 20. Martij 1680. pro alia itidem Confraternitate Beatæ Mariæ Virginis Auxiliatrixis in Ecclesiâ Sanctissimæ Trinitatis eorumdem Patrum Societatis Oeniponti, nee non ab eodem Innocentio X. I. sub die quinta Martii 1682. pro famili Confraternitate Beatæ Mariæ Virginis de bono remedio in Ecclesiâ Fratrum Excalceatorum Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captivorum Taurini canonice erectorum, & respectivè nutcupatis, de Omnipotens Dei misericordia, & Apostolica Sedis clementia nonnullæ Indulgencie fuerint concessæ, & ad notitiam subinde Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum pervenerint quedam folia, seu Summaria variis temporibus, atque in diversis locis Italiæ, & extra Italiæ relativè ad dictas indulgentias impressa sub hoc titulo *Lega spirituale de viventi fermata co morti*, que prævio maturo, ac diligenti examine in multis contraria, & non parum dissensa dictorum Brevium dispositionibus ab Eminentissimis Patribus sunt reperta videlicet.

Primo. Quia in Titulo Summarii Taurinensis Indulgencie, que solitis Christifidelibus in hac vita degentibus fuerunt concessæ ad ipsos etiam Defunctos, & quidem principaliter extensa reperiuntur, & in foliis, seu Summarii, que referuntur ad Confraternitates Civitatum Sanctæ Fidei, & Oeniponti assimilatur titulus proprio marte excogitus, scilicet: *Lega spirituale de viventi fermata co morti*, contra tenorem dictorum Brevium.

Secundò. Quia Indulgencie que certis, ac determinatis personis, ac locis, in quibus prædictæ Confraternitates canonice erectorum sunt, in dictis Brevibus conceduntur, ad omnes, & quocumque totius Orbis Christifidelium, qui pro eorum libitu, nulla servata forma, seu solemnitate nomen derident, & iisdem Confraternitatibus adscripti fuerint, Indulgencie prædictæ extenduntur, contra mentem Pontificum in dictis Brevibus satis expressam, in quibus præcipue Indulgencie Confraternitatum prædictarum Confratribus, & Conforibus, hæc, velilla opera pia exercitibus, vel certis anni diebus Ecclesiæ præfatas Civitatum Sanctæ Fidei, Oeniponti, & Taurini devotè visitantibus, concessæ leguntur.

Tertiò demum, quia in foliis, seu Summarii predictis ipsi etiam ubiq[ue] locorum Defundi Confraternitatibus hujusmodi adscribuntur, vel adscribi dicuntur, postquam aliquis ex Fidelibus viventibus pia quedam opera pro illis expleverit, cum tam de his nulla in dictis Brevibus mentio habeatur.

Propterea his, atque aliis attente perspectis, & coram Sanctissimo D. N. Clemente Papa XI. relatibus, Sanctitas Sua de consilio dictorum Eminentissimorum Patrum, nedum folia, seu Summaria ipsorum, sed quo cumque idiome, & quo cumque loco impressa, veluti dictorum Brevium dispositionibus contraria, prohibuit, & damnavit, sicut illa praesenti Decreto damnat, & prohibet; verum etiam ut nullas, atque invalidas, nulliusque roboris assertas descriptiones Confratrum, & Confororum, quo cumque loco extra Civitates Sanctæ Fidei, Oeniponti, & Taurini factas declaravit, prout hoc ipso Decreto annulat, & respectivè prohibet, salvis, & firmis, atque in suo robore permanensuris iis omnibus, que in dictis Brevibus conceduntur.

Joseph Bartolus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius

Die 8. Augusti 1703. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Palati S. Officij, ac in aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Franciscum Perimum SS. Inquisitionis Cursorem.

folorum, Palati S. Officij, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perimum SS. Inquisitionis Curs.

DECRETUM.

Quo liberulus inscriptus *Lotto spirituale &c.* damnatur cum aliis ordinationibus.

Feria 4. die 18. Julii 1703.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Conventu Sanctæ Marie super Minervam coram Eminentissimis & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Se de Apostolica specialiter deputatis.

Examinatis Documentis exhibitis ad probandum validitatem Indulgenciarum, quæ ut afferitur concessæ fuerunt ab Alexandro VI. Coronis S. Brigittæ, & ab Urbano VIII. Crucibus, quas vocant S. Turribi, examinatis etiam quibusdam foliis impressis Romæ, Venetiis, & forsan alibi cum titulo: *Lotto Spirituale per le povere Anime del Purgatorio molto bisognose di Chrishiano soccorso &c.*, in quibus prescribuntur modus suffragandi per quamdam speciem fortis Animabus, qua in Purgatorio cruciantur; maturèque omnibus perpenitus, idem Eminentissimi decreverunt.

Quoad Indulgencias concessas, ut prætenditur Coronis S. Brigittæ declarandas esse apocryphas, & nullius roboris, ac momenti; sine præjudicio tamen Indulgenciarum à Leone X. dictis Coronis concessarum. Idus Julii 1515.

Quoad Indulgencias, ut prætenditur concessas Crucibus S. Turribi circa quas fuerunt relata Decreta alias edita à Sacra Congregatione, tanquam falsas esse prohibendas.

Quo vero ad prædicta folia impressa cum titulo: *Lotto spirituale &c.* esse ubique suppressima, non propter suffragia pro iisdem Animabus, quæ sancta sunt, sed propter dictum titulum, & modum, qui est prophanus, & Christiana pietate planè indignus.

Nemo igitur cuiuscumque ordinis, gradus, & conditionis existat, Indulgencias, Summaria ipsorum, si quæ sunt, & respectivè folia præfata promulgare, apud se retinere, imprimere, vel imprimi curare audeat, sed statim à præsentis Decreti notitia, quicunque eadem Summaria, & folia habuerit, locorum Ordinarii, aut haereticæ pravitatis Inquisitoribus tradere teneatur, sub poenis in Brevis, seu Constitutionibus Apostolicis contentis.

Joseph Bartolus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Die 8. Augusti 1703. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Palati S. Officij, ac in aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Franciscum Perimum SS. Inquisitionis Cursorem.

ACTA

Causæ Rituum, seu Cæmeriorum Sinensium complectentia,

I.

Mandatum, seu Edictum D. Caroli Maigrot Vicarii Apostolici Fokiensis in Regno Sinarum, nunc Episcopi Cononensis.

K 2

II.